113* [=200*] Venusiae in S. Trinitatis.

Fortuna cum navis gubernaculo — Fortuna cum cornu copiae

fortunae | salutari | c.
iuli caesaris | dict.
perp. p. p | pro uoto |
uenusia

Pratilli apud Vulpium Calogerà XIX p. 125 (inde Mur. 1092, 4) et via App. p. 472. Hunc titulum a nemine Venusiae visum esse fictumque a Pratillio recte ait Cimaglia p. 190.

114* [=198*] ad castrum Loretinum prope montem Vulturem ad sin. Appiae qua a ponte Aufidi Venusiam itur rep. 1733, nunc Loretini apud ducem Giordani PRAT. Quaesivit loco indicato neque repperit BRUNNIUS.

ueneri | erycinae | uictrici | l. cornelius
sulla | spolia de hostib | uoto dicauit

Pratillius et apud Vulpium Calogerà XIX p. 125 et diss. Cort. II p. 177 (inde Mur. 58, 10. 1982, 1) et via App. p. 470. Admisit Borghesius dec. num. 9, 3 opp. 1, 426; damnavit Orellius n. 1368.

115* [=202*] ad pontem Veneris fl. Aufidi, $\overline{\text{vi}}$ p. a Lacedogna, ad sin. viae quae Venusiam ducit.

imp. caes. m. aur | antoninus aug | arm.
parth. p. p | et. m. aur. commo|dus aug.
procos | reficiend. cur.

Pratillius apud Vulpium Calogerà XIX p. 124 (inde Mur. 2009, 4) et via App. p. 469. Inde Lupoli iter Venus. p. 178; Orelli 868.

116* [=203*] Venusiae in monasterio monacharum S. M. *delle scale.*

diuae | faustinae | pii aug. filiae | augu-
stae | col. uenusia | d. d

Pratilli via App. p. 474; inde Lupoli p. 309 et Orelli 867. Cimaglia p. 243 frustra ait se quaesivisse et de sinceritate dubitat.

117* [=207*] prope Venusiam *al Palazzo* ad sinistram viae quae Spinazzolam ducit.

m. aurelius. m. f
siluianus
trib. milit. aidil
q. praef. uigilum
in maced. prof
mercurio. pacif
pericul. superstes
uot. sol
iu. kal. ianuar
gn. lentulo. m. crasso. cos
pro. cuius. dedicat. statuae
. . . .

Pratillius apud Vulpium Calogerà XIX p. 128, unde cum repetens Mur. 2029, 1 de tituli sinceritate dubitavisset, Pratillius in via Appia p. 476 (inde Donat. 156, 1), ut suspicionem averteret, addidit se lapidem evanidum supplevisse ut potuisset.

extra Venusiam in saxo praegrandi.

m. aurelius m. f
siluianus
trib. milit. aid. q
praef. uigilum

mercur. pacif
periculo. superstes
uot. solu. l
iu. kal. ianuar
cn. lentulo. m. crasso. cos
ob. cuius. dedicat. obtulit
decurionib. et. uniuerso. pop.
. . . .

Lupoli p. 289.

Haec inscriptio defensa est a Kellermanno vig. p. 31 a suspicione falsitatis, propter testimonium Lupoli hominis ut ait veracissimi; nobis qui saepissime dolos eius et fallacias coarguimus aliter de ea statuendum est. *Mercurium paciferum* nemo novit nisi ex Ligorio; ordo honorum confusus est, nam debuit esse «trib. milit. q. aid»; praefecti vigilum non erant ordinis senatorii; denique eo tempore (14 a. Chr.) ne instituti quidem erant neque placet cum Kell. cogitare de praef. vigilum aliquo ad tempus constituto. Denique patet fraudis alterius ex altera generatio.

118* [=206*] proxime Venusiam Spinazzolam versus *passato il fiume lumara, rimpetto al luogo detto la Foresta è un grandioso sepolcro.*

dis. man | ti. naeuio t. fil | firmo | praef.
fabr. proc | alimon. curat. uiar | c. nae-
uius frater | fecit | h. m. s. s. e. h. n. s |
in fr. p. xii | in agr. p. xiii

Pratilli apud Vulpium Calogerà XIX p. 127 (ex eo Mur. 2024, 1) et in App. p. 475. Inde Lupoli p. 321.

119* [=208*] Venusiae in via versus S. Trinitatis templum.

*i*oui *opt* m*ax* | ful*g*u*ratori* | *v*ene*ri pote*nt*i* | mi-
nervae | *l* hel*vius* l *f* | ama*ranthus* | u *s l m*

Lupoli p. 291 ʽvetusti epigrammatis fragmentum, quod sic restitui posse censeoʼ. Restitutio eiusmodi timida fraus est.

120* [=210*] Venusiae.

. . . . . | p. f. aeterno. in|uicto. augusto |
pont. max. trib | pot. cos. ii. p. p | pro-
cos | uibonius. caecilianus | u. p. corr.
apulee ʽ*sic*ʼ *Lup.*

Lupoli p. 312. 364 qui ait se excripsisse.

Borghesius apud Cavedonium *marmi Mod.* p. 293 = opp. 6, 386 salva tum Lupuli auctoritate lapidem ad a. 312 rettulit et infra fractum putavit, scribens APVLĒ TĒ | CALABRIAE. D. N. M. Q. E. Sed Lupulus et hunc titulum et alterum n. 127* ob id ipsum attulit, ut ostenderet fuisse etiam correctores Apuliae solius. Praeterea appellatio *aeterni* imperatori rarissime tribuitur; Borghesius unum tantum exemplum repperit tituli Cordubensis Constantini iunioris vol. II n. 2205.

121* [=215*] Venusiae in ruderibus monasterii S. Trinitatis.

d. m | amoreni. primilla | mater. filio.
suo. pientis|simo. et. sibi. pos. qui. uixit.
an | xx. m. uiii. l. d. d. d

Lupoli p. 341. Suspecta propter nomen Amorenis.

122* [=216*] Venusiae in aed. privatis.

d. m | aniola | annia | h. p.

Lupoli p. 350. Si genuina, est male lecta.

123* [=213*] Mascheti in foro nitidissimis litteris.

a. caecili|o. miciano | uix. an. xx. m. x |
caecilia | ursula. mater | filio. pientissimo |
decur. uenus.

Lupoli p. 321. Potest esse sincera.

124* [=212*] Venusiae in extrema S. Trinitatis templi parte.

. . . . . | . . . c. liuius. l. c. . . . portic . . . . |
. . . .

Lupoli p. 340.

125* [=217*] Venusiae in domo privata.

mayonio | ampliato | amic. et. pisiniae |
brioni. contuber | pater

Lupoli p. 353. Interpolata videtur, sed frustra quaesivi unde corruperit.

126* [=214*] Venusiae adversus aedes Augustinianorum, litteris nitidissimis.

uiuit | sex. occio. sex | l. felici. fabr | ma-
teriar

Lupoli p. 324. Potest esse genuina.

127* [=211*] Venusiae in antiqua basi inedita rep. ante hos tres annos inter rudera monasterii S. Trinitatis LUP.

orontius. u. p | corrector | apuliae

Lupoli p. 312. 364 ait se ipsum excripsisse.

128* [=218*] Montemilone prope Venusiam.

c. uennonio. c. f. hor | romano. maximus.
et | romana. parentes frugi | bono. fideli.
qui. uixit. ann. xx | . . e. iniuria. caesus.
quam | . . l. ustillo. patri. . . . | . . . . uo. . . .

Lupoli p. 345. Sine dubio falsa.

129* Tituli a Pontano in libris de aspiratione propositi loci indicatione omissa cum soleant in syllogis inde pendentibus proponi sub loci indicatione falsa, quattuor eorum

d. m. Marciae vere Neapolitana I. N. 3244.
d. m. T. Rasidio ,, Neapolitana I. N. 3342.
imp. Caes. divi Nervae ,, Puteolana I. N. 6268.
Lartiae Horaeae ,, Minturnensis I. N. 4070.
M. Aurelii Eutychi vere Polana vol. V n. 124 (ubi non recte hunc errorem rettuli ad ipsum Pontanum)

passim referuntur ad Venusiam.

XXVI. LAVELLO.

130* [=197*] Lavelli LIG. In museo cardinalis di Carpi GUD. errore.

c. prImidio. c. f. gal. læno | ueterano.
l. uiii. aug. gem | uixit. ann. lxx$\overline{\text{v}}$. mil.
an. $\overline{\text{xx}}$ | ex. t. f. p. c | m. prImidius. c.
f. gal. allus | leg. caussa. cipp. ii | est.
ped. iii. l. p. ui. alt

Ligorius Taur. 10 (inde Gud. 181, 9).

XXVII. CIRIGNOLA.

131* [=191*] Cirignolae in loco S. Marci.

neptuno | seruatori | sac | l. cornelius | festus |
class. sicil. et | annonae. praef | uot. sol
in latere:
ded. pr. non. dec | seuero. et. quintian. cos

Pratillius apud Vulpium Calogerà XIX p. 133 (inde Mur. 1981, 13) et App. p. 513, ubi addit consulatum. Huc pertinet adnotatio laconi (vide p. 27): *tutto questo cap. XI l'autore l'ha scritto a mia relazione francamente;* sed etsi hic substituitur auctor pro Pratillio, non reperietur qui titulum admittat. Damnavit Borghesius opp. 3, 439.

XXVIII. SALAPIA. SIPONTVM.

132* Salapiae in Apulia.

c. anterio c. f. ualenti | procur. salap.
colon. aug. | proc. prouinciarum. campa|
niae. et. appuliae. praef. | alae. ulpianae
. . . . bel. german | praef. militiar. auxilior.
bel. | dacic. praef. equit. alae. pan|no-
niorum . . . . | ob. mer . . . . | l.
d. d . . . . | publice

Ligorius ms. Taur. 16. Ibidem proposuit titulum item falsum urbanum: *imp. caes. . . . traiano immun. salapini p.*

133* *tavola di rame con lettere d'argento, trovata a Siponto, portata a Roma dal vescovo Franchino.*

neptuno reduci | sacrum | p. arrius. p. f.
arn. niger | ueteranus. coh. $\overline{\text{III}}$. specul. |
leg. $\overline{\text{xx}}$. aug. fort. patron | colon. sipunt.
et. $\overline{\text{vi}}$. uir. aug. | u. s

Ligorius ms. Taur. 16.